

eo quod subtiles spiritus, tenuem spiritum ipsum esse fecerunt. Tinxit corpus ac vertit in venenum, quod scilicet venenum philosophus asserit omne corpus tingere. Prisci autem opinantur philosophi, quod qui aurum in venenum vertit, ipse ad propositum iam pervenit; qui verò hoc non potest, in nihilo se habet. Dico autem vobis omnibus doctrinæ filiis quod nisi res igne attenuaveritis, quousq; illæ res ut spiritus ascendant, in nihilo vos habebitis. Hic igitur est spiritus ignem fugiens & fumus ponderosus, quo corpus ingrediente corpus læratur. Omnes philosophi dixerunt. Accipite spiritum nigrum & unientem, & eo corpora diruite, & cruciate quousq; alterantur.

*I. venenum
tingens*

Sermo quadragesimus octavus. 55

PYTHAGORAS ait: Intimidandum est huius artis omnes investigatores, quod philosophi de* cõignatione multipliciter tractaverunt. Iubeo, autem vos ut argentum vivum, corpus magnesiæ constringere faciatis vel corpus Kuhul, vel spiritum lunæ, vel sulphur incombustibile, vel calcem assatam vel alumen quod est ex pomis velut scitis. Si autem cuilibet istorum esset regimen singulare, non diceret philosophus velut scitis. Intelligite igitur quod sulphur & calx, & alumen quod est ex pomis, & Kuhul omnia hæc nihil aliud sunt, quam aqua sulphuris. Et scitote quod magnesiæ cum argento vivo misceretur, & sulphuri se invicem consequuntur. Non igitur oportet vos illam* dimittere magnesiæ, absque argento: vivo cum enim componitur, fortissima compositio nominatur, quæ est una de x. quæ philosophi regimina constituerunt. Et scitote quod magnesiæ cum argento vivo dealbatur. Oportet vos in ea albam congelare aquamq; rubeam cõgelare namque, quod philosophi in suis narra verunt libris, non est unum. Prima igitur congelatio stanni fit & æris plumbo. Secunda verò aqua sulphuris componitur. Nonnulli autem hunc librum legentes putant, quod hæc compositio emitur. Sciendum est utiq; quod nihil operis emitur, & quod nihil aliud est huius artis scientia, quam vapor & aqua sublimatio argentiq; vivi quoq; magnesiæ corpore coniunctio, ante hoc autem philosophi in libris suis demonstraverunt, quod sulphuris immunda aqua ex solo est sulphure & nullum sulphur sit absq; suæ calcis, argi: vivi & sulphuris aqua.

*Videtur legendum
De contractu seu
coniunctio
ne. Nam
sequitur
infra mē-
tio de con-
tractu.*

**
M. S. con-
tingere.*

*Magnesiæ
Menducium
manuscrip-
tiæ
mixtura*

Ars tota